

securitatem a qualibet persona, cui inpositum fuerit, etiam sub pena solvendi de suis propriis bonis. ¶ Et si persona cui inpositum fuerit recusabit dare dictam securitatem, dominium quod pro tempore fuerit teneatur constringere personam recusantem in palatio comunis, donec prestiterit dictam securitatem. 5 ¶ Item denunciare dominio Tergesti incontinenti elapso termino de quocunque frumento dato in credentia de fontecho comunis, ut exigatur, etiam sub pena vigintiquinque libr. par., et ipse potestas vel vicarius loco potestatis teneatur exigere dictas credentias infra unum mensem postquam sibi fuerit denunciatum, pena quinquaginta libr. par. ¶ Item non petere callum ¹⁾ alicuius frumenti fontechi comunis, quod habuerit receperit seu haberet vel reciperet, modo aliquo de frumento dicti fontechi, salvo et excepto calo quod esset pro frumento fontechi occasione ignis, et de predictis non possit 10 poni in consillio rogatorum vel maiori de satisfatiendo aliquod callum alicuius frumenti alicui fontechario, et si preponeretur, dicta preposita sit cassa et nullius valoris. ¶ Et ostendere in capite omnium quindecim dierum frumentum dicti fontechi domino potestati et iudicibus comunis, si dictum frumentum erit travasandum vel non, et si erit travasandum tunc ipsum facere travasari ad expensas comunis. 15 ¶ Item habere et tenere apud se bullam comunis et nulli alii dare, excepto notario suo; qui fontecharius cum dicto notario suo cum ipsa bulla bullare [debeat] totum panem ¹⁾ panicularum et hospitum, ²⁾ et ipsum panem sic bulatum facere scribi in duobus quaternis, ³⁾ ad hoc deputatis, per suum notarium, quorum unum habere debeat dominus potestas et alter remanere debeat penes dictum fontecharium, et de pane sic bulato in qualibet ebdomata ⁴⁾ qualibet die sabbati facere rationem domino potestati et iudicibus comunis Tergesti, etiam sub pena centum sold. pro quolibet fontechario et vice qualibet contrafacta. ¶ Item non exire extra civitatem vel districtum Tergesti ultra quam per unum diem, nisi cum voluntate domini potestatis et omnium trium iudicum qui pro tempore 20 25 30 35

¹⁾ Aggiunta marginale. ²⁾ *hospicum*. ³⁾ *quaternos*. ⁴⁾ *et domata*.